Reuesso.

Bolla Diez del

65.

Maximilianus 2us Dei gratia electus Rom: Imper: semper Augustus.

Quamquam nos quondam inuisitis Principis, ac Dni, Dni Ferdinandi glo: rec: Rom: Imp: ac Dni et patris nostri charissimi temporib: ex mera, et clementi praedestinatione, ordinatione, Omnipotentis Dei, et nostrorum sacrij: Imp: Electorum concordem Electionem in Rom: Regem et futurum Imperatorem electi, sublimati, et laudabili veterum nostrorum more publici proclamati, et paulo post vsitata solennitate et ornatu Regni Rom: corona insigniti fuerimus, eamq: sublimem Imperatoriam dignitatem memorati, charissimi patris, et Domini nostri, nostrorumq: et Sacri Imperij Principum Electorum voluntate et suffragio, maximi vero ad honorem, et utilitatem dicti Imperij nostri, ideo libentius assumpsimus, vt si quando necessitas postularet, amantiss: D: et Patris nostri glo: mem: in suprema illa Cae: Mtis sua voluntate, onus Imperatoriae administrationis aliquo modo sustinendo pro so: et in occurrentibus eiusdem sacri Imp: negotijs filiale subsidium ferre possemus. Nihil tamen aequi in votis habuissemus, qs praefatum D: et Patrem nostrum amantissimum administrationi Sacri Imperij, si ita Deo Omnipotenti visum fuisset, diutius praeesse potuisse. Caetrum cum Deus Opt: Max: illum proximè elapso anno 72. ex hac mortali vita ad se clementer euocarit, nosq: ex officio electi Imperatoris in nomine Omnipotentis Dei, eius gratiae, et auxilij spe foti. Administrationem vacantis Imperij suscepissemus; non ignorauimus nostri in ingressu dictae administrationis munoris hoc, non tam omnibus, et singulis Electoribus, Ducibus, et reliquis Statib: et membris Sac: Imp: nostri iura antiquam, et laudabilem consuetudinem, Regalia, feudalia, priuilegia, libertates, iusq: renouare, et confirmare. Sed et cum nostris, et sacri Imperij Statibus de rebus communem Imperij utilitatem concernentib: deliberare. Quaquidem de causa Statim à glo: me: Domini, et Patris nostri amantissimi obitu aliquo locorum, sacri Imperij Statibus aliquando vicinioribus nos transferre cupiuissemus, nisi graueoribus, et maximis huijs negotijs sacrum remorati fuissemus, et impediti. Atq: horum potissima contra potest credibilis illa, praeterq: omnem opinionem nram contra ius indutiarum, contra omnem aequitatem perpetui illius, et haereditarij fidei nostrae Christianae nominis hostis Turcae in regna nostra eruptio, et excursio. Vnde pro salute, et defensione subditorum nostrorum inspirati fuimus bellorum motibus inuolui. Verum cum communes totius Imperij res non minus nobis quam priuatae esse debeant, in ijs administrandis, nihil nobis antiquius esse debere existimauimus, quam ut glo: rec: Dni, et patris nostri amantissimi vestigijs perpetuò insistamus. Qui quidem non ita pridem vrgentibus quibusdam illisq: grauissimis negotijs, et maximè motis ante